



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Officivm PvriSSimæ Et Immaculatæ Conceptionis Deiparæ  
Virginis Mariæ**

**Coloniae Agrippinae, 1649**

Ad Sextam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55144](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55144)

3

Officium

Virga frondens germinis  
Vellus Gedeonis,  
Porta clausa Numinis,  
Fauisque Samsonis.

Decebat tam nobilem  
Natum præcauere  
Ab originali  
Labe matris Euæ.

Almam quam elegerat,  
Genitricem verè,  
Nulli prorsus finens  
Culpæ subiacere.

Vers. Ego in altissimis habito  
Resp. Et thronus meus in colu-  
na nubis. Vers. Domina exaud-  
orationem meam. Resp. Et clau-  
sor meus ad te veniat. Oratio. S.  
Maria. cum reliquis ut suprà. fol. 4

AD SEXTAM.

Versus.

Domina in adiutorium meum  
integ



in Conceptione B. Mariae. 9

intende. Resp. Me de manu ho-  
stium potenter defende.  
Gloria Patri, & Filio.

Hymnus.

Sedile Virgo puerpera,  
Templum Trinitatis,  
Angelorum gaudium,  
Cella puritatis:

Solamen mōrentium.

Hortus voluptatis,

Palma patientiæ,

Cedrus castitatis.

Terra es benedicta

Et sacerdotalis,

Sancta, & immunis

Culpa originalis:

Civitas Altissimi,

Porta Orientalis,

In te est omnis gratia,

Virgo singularis.

Vers Sicut lilyum inter spinas.

A

5      Resp.

10                   Officium

Resp. Sic amica mea inter filias  
Adæ. Vers. Domina exaudi ora-  
tionem meam. Resp. Et clamor  
meus ad te veniat. Oratio. Sancta  
Maria, cum reliquis ut supra sol. A.

AD NONAM.

Versus.

Domina in adiutorium meū  
intende. Resp. Me de manu  
hostium potenter defende.  
Gloria Patri, & Filio.

Hymnus.

Salve vrbs refugij,  
Turrisque munita  
Dauid propugnaculis  
Armisque insignita.

In Conceptione  
Charitate ignita,  
Draconis porestas  
Est à te contrita.

O mulier fortis.